





DIATRIBE JVRIDICA AVSPICALIS  
DE REFORMATIONE  
**J V R I S C I V I L I S**

CIRCA  
CAVSAS MATRIMONIALES  
A PONTIFICE ROMANO

PER  
**J V S C A N O N I C V M**  
PERVERSE TENTATA,

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
D O M I N O

**GVILIELMO HENRICO,**

DVCE SAXONIAE, JVLIIACI, CLIVIAE AC MONTIVM,  
ANGARIAE GVESTPHALIAEQVE,  
SVFFRAGANTE

ILLVSTRI JCTORVM JENENSIVM COLLEGIO,  
P R A E S I D E

VIRO MAGNIFICO ATQVE EXCELLENTISSIMO,  
D O M I N O

**IO. CHRISTIANO SCHROETERO,**

JCTO CONSVMMATISSIMO,  
ANTECESSORE JENENSI LONGE CELEBERRIMO, TRIBVNALIS  
SAXONICI PROVINCIALIS, COLLEGIORVMQVE JVRIDICO-  
RVM JENENSIVM ADSESSORE GRAVISSIMO,  
PATRONO, HOSPITE, PRAECEPTORE ATQVE PROMOTORE SVO,

**LICENTIAM**

**JVS CIVILE ET CANONICVM DOCENDI**

LEGITIME PETITVRVS  
AD DIEM JVL. ANNI ERAE CHRISTIANAE MDCCXXI.  
PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR

**GVILIELMVS DE HERTOGHE.**

J E N A E, LITTERIS MVLLERIANIS.

4.

1721, 13

15





BEATIS MANIBVS

VIRI,

*DVM VIVERET, NOBILISSIMI*

**GVILIELMI DE**

**HERTOGHE,**

PATRIS SVI, OPTIME DE SE

MERITI,

HOC

**MONVMENTVM LITTE-  
RARIVM**

SACRVM ESSE CVPIIT

MOESTISSIMVS FILIVS

**GVILIELMVS DE HERTO GHE.**

BEATE PATER!

**I**nusitatum est, quod molior,  
dum MANIBVS TVIS littera-  
rium hoc filialis meæ pietatis  
monumentum erigo. At facile id apud  
bonos quosque excusabit \* inusitatus  
dolor, quem obitus TVVS eheu! nimium  
acerbus nuper mihi attulit, quemque  
nemo

---

\* Addatur PLATO *de leg. lib. IV.* ubi inter officia liberorum erga parentes refert, ut pro beneficio ab iis accepto (quod merito *omnium antiquissimum* vocat) monumentum mortuis exstruant eorumque memoriam recolant.

nemo mente concipere potest, nisi qui  
sentit. Sane nullum esse adfectum  
qui vincat paternum non tam JV-  
STINIANVS \*\* quam TVVS in me amor  
me docuit. Ferreus essem, TEQUE in-  
dignus filius, nisi paterno TVO adfe-  
ctui responderem filiali obsequio amo-  
remque compensarem amore. Quod  
si etiam TIBI, ὡς μαναγίρα, quædam re-  
rum, quæ heic geruntur, cura est,  
non improbabis forte hanc, TIBI licet  
non profuturam, filii TVI pietatem:  
etenim, uti ARISTOTELES \*\*\* ait: τοῖς  
γονεῦσι ἴδεις τὴν ἀξίαν πρὸς τὴν ἀποδοῖν εἰς  
δύναμιν δὲ ὁ θεράπευων ἐπιεικὴς εἶναι δεῖν.  
Faxit DEVS, ut, quoniam proh dolor!  
in hac vita non licet, saltim aliquan-  
do in divino illo animorum conci-

A 3                      lio

\*\* l. 7. pr. C. de cur. fur.

\*\*\* Nicom. II. c. 16.

lio coetuque \*\*\*\* eo adfectu, quo nos  
die nunquam mihi obliviscenda sub  
ultimum discessum (quem ultimum  
fore tunc non putavimus) amplexi  
sumus, nos iterum æternis perfusi  
gaudiis mutuo amplectamur. Fiat!  
o fiat!

*Interea*

Dum tuvs in nostro labetur cor-  
pore sanguis,  
Non quicquam minuet, VENE-  
RANDI credite MANES,  
Hoc desiderium PATRIS vis tem-  
poris ulla.

DE

---

\*\*\*\* CICERO in *Cat. Maj.* vel de *senect. cap. ult.*



DE REFORMATIONE  
JURIS CIVILIS  
CIRCA  
CAUSAS MATRIMONIALES  
A PONTIFICE ROMANO  
PER  
JVS CANONICVM  
PERVERSE TENTATA

---

PROOEMIUM.

§. I.

**F**O excrevisse Pontificum Romanorum arrogantiam\*, ut limites SACERDOTII egressi sint, multaue, quæ ad IMPERIVM pertinent,\*\* ad se traxerint,\*\*\* justissima Protestantium querela est.

*Papa-  
Cæ-  
saria ge-  
neratim  
damnatur.*

\* Quam intolerabilis fuerit Papalis ista Cæsarum & Regum capitibus (pudendo & nulla seculo-

culorum oblivione delendo facinore!) insultans arrogancia, satis nos *Historia* medii ævi edocet. Non pauca quoque in ipso *Jure Pontificio*, quod CANONICVM vocamus, Pontificiæ insolentiæ extant documenta. Vix superbius quid cogitari potest, quam quod Papa GELASIVS in *can. duo sunt 10. dist. XCVI.* ad Imp. ANASTASIVM scribere non veretur: *Regum & Principum colla submit-tenda esse genibus sacerdotum.* Eandem superbiam redolet comparatio dignitatis Episcopalis cum *auro* & Regalis diadematis cum *plumbo*, quam adfert idem Pontifex *l.c.* Item comparatio Pontificalis auctoritatis cum *sole* & Regalis potestatis cum *luna*, quam, sacre scripturæ dictum *Genes. I. v. 16.* misere torquendo, instituit Papa INNOCENTIVS III. in *cap. 6. X. de major. & obed.* Omnium tamen impudentiam vincit Papa NICOLAUS in *can. 7. dist. XCVI.* ubi DEVM se dicere non erubescit, quam blasphemam miserimi hominis vocem sine horrore non refero. Nec minus horresco, quoties Papam DOMINVM DEVM NOSTRVM a Glossa *ad Extravag. de V. S. & DEVM IN TERRIS* a Glossa *ad cap. fundamenta 17. de Elect. in Vlt.* vocari lego: ut similes

IVRS

IVRIS CANONICI Doctorum, *omnipotentiam*  
& *adorationem* Pontifici tribuentium, bla-  
sphemias nunc omittam, quæ videri possunt apud  
FRANCISCVM HOTOMANNVM *in bruto fulmine pag.*  
*m. 4.* & IOANNEM STRAVCHIVM *in Amœn. Jur. Can.*  
*Eclog. I. cap. XVII in fin.* Eo *monstrum* illud  
*ισφαρχιας* (quæ, optime monente CASPARE ZIE-  
GLERO *de Diacon. & Diaconiss. veter. Eccles. in*  
*pref.* non nisi *ισποδιανovia* aut *ισποδλεια* ex  
Stylo Apostolico dicenda fuisset) tunc excreve-  
rat.

\*\* Appetendo ea, quæ ad *imperium* per-  
tinent, nomen suum cum primis posteritati abo-  
minandum reddidit GREGORIVS VII sive HILDE-  
BRANDVS, cujus ausus profanos etiam ipso seculo  
Hildebrandino SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, OTHO  
FRISINGENSIS aliique viri eruditi & pii improba-  
runt, referente ZIEGLERO *de Orig. & Increm. Jur.*  
*Can. th. 31. & 32.* qui etiam *th. seq.* ex BARONIO ad-  
ducit *XXX dictatus Hildebrandinos*, quos  
*vere tyrannicos & universo orbi tunc for-*  
*midabiles* appellat. Quam vano conatu ex  
verbis Apostolorum *Luc. XXII v. 38.*

B

CHRI-

CHRISTO dicentium: *Ecce hic duo gladii.*  
 duplicem potestatem spiritualement & tempora-  
 lem (hanc quidem, ut ait, *in manu Regum & mili-  
 tum sed ad nutum & patientiam Sacerdotis*)  
 sibi arroget Papa BONIFACIUS VIII. videatur in *cap. 1.*  
*unam sanctam. Extravag. de major. & obed. Inful-*  
*sa*, si quæ unquam, argumentatio! Quod si tunc  
 forte fortuna Apostoli *ires* aut *quatuor* gladios te-  
 nuissent, Pontifex eodem argumentandi genere  
*triplicem* aut *quadruplicem* potestatem, si Deus pla-  
 ceat, sibi tribuere potuisset. Idem Pontifex *l.c.* post  
 varias alias dictorum sacrorum detorsiones (quæ  
 in IVRE CANONICO solennes sunt, & sine indigna-  
 tione non possunt legi) ex Papali cathedra definit:  
*Esse de necessitate salutis, omnem hu-*  
*manam creaturam sub esse Romano*  
*Pontifici.* Quod tam de seculari quam spiri-  
 tuali dominatu adeoque de TOTATV, uti tunc  
 loquebantur, eum intellexisse, tam connexio quam  
 ipsa *Historia* istius ævi satis prodicit. Cui tamen novo  
 articulo fidei etiam tunc contradixit, & ne sibi suo-  
 que regno præjudicium faceret, sibi cavir Rex Fran-  
 ciæ PHILIPPVS PVLCHER, uti constat ex *cap. 2. me-*  
*ruit.*

vult. *Extravag. de privileg.* Ex hoc T O  
T A T V profluxere consecraria enormia. v. gr.  
Papam esse judicem ordinarium Regum. *Cle-*  
*ment. pastoralis. de sent. & re judic.* Papam posse  
regia adimere & dare. *can. 3. caus. XV. qu. VII.*  
Papæ ab Imperatore præstandum esse juramen-  
tùm fidelitatis & obedientiæ. *Clement. un. de ju-*  
*rej.* cui impudenti postulato tamen se fortiter &  
Heroice opposuit Imp. HENRICVS VII aliudque  
juramentum quam protectionis præstare noluit,  
uti ex dict. *Clem.* constat. Imo Cardinalis ZA-  
BARELLA ad d. *Clem. pastoralis.* eo delabitur ab-  
surditatis, ut statuat: *Imperatorem habere*  
*Imperium a Papa, unde, pergit ille, contra na-*  
*turam esset, ut servus* (ita Imperatorem & domi-  
num suum vocare audet) *se exaltaret contra illum*  
(ohé! ZABARELLA, jam satis est impudentiæ) *quî*  
*eum creavit.* Quæ Cardinalis temeraria adfer-  
tio non adeo miranda est, cum illam in scholis  
Paparum didicisse videatur, cum tam INNOCEN-  
TIVS III in *cap. venerabilem. 34. X. de elect.* quam  
CLEMENS V. in *cap. un. Clementin. de jurej.* falso ja-  
stent: *Papas Imperium a Græcis ad Germanos tran-*  
*stulisse.*

*stulisse.* Quæ omnia male conveniunt veteribus canonibus 22. & 23. *dist. LXII*, in quibus Pontifices HADRIANVS & LEO agnoscunt: *se Pontificatum habere ab Imperatore.*

\*\*\* Tentatum id potissimum est seculis barbaris. Quod tempus ambitiosis suis ausibus opportunum callide elegerunt Pontifices, cum in tantis tenebris quidlibet miseris Laicis liceret obrudere. Origo tamen mali altius quærenda & ab ipsis temporibus CONSTANTINI M. (qui primus Pontifici DEI nomen tribuit, si Papæ NICOLAO credere licet, in *d. can. 7. dist. XCVI*, quod tamen difficulter a me possum impetrare: certe *canonem 14. dist. ead.* quo tamosa illa donatio continetur, multa que tanto Imp. indigna v. gr. *quod tenens frenum equi Pontificis, stratoris officium illi exhibuerit*, leguntur, spurium esse non dubitandum) repetenda est, cujus & Successorum quorundam nimia in Præsules Romanos indulgentia effectum est, ut alæ ipsis tantopere creverint.

§. II.

Ex eodem fonte impuro proflu-

Speciatim  
Potestas

fluxit, quod Pontifices LEGISLA-<sup>leges Civi-</sup>  
TORIAM IMPERANTIVM POTESTATEM<sup>les mutan-</sup>  
(fulgidum illud Imperialis Diade-<sup>di Pontifi-</sup>  
matis κειμήλιον) ad se trahere, \* le-<sup>ci denega-</sup>  
gesque ab Imperatoribus latas pro  
lubitu abrogare aut corrigere \*\*  
conati sint.

\* A nomine quidem Legislatoria potesta-  
tis astute, ut suam ἀλλοτριεπισκοπίαν eo me-  
lius tegerent, abstinerunt Pontifices, dum pla-  
cita sua non *leges* sed *canones* vocant, vid. *dist.*  
*III.* at dum in æmulationem CAESAREI IVRIS ipsi  
NOVVM aliquod IVS, non raro CÆSAREO con-  
trarium, & de multis rebus *mere seculari-*  
*bis*, veluti *contractibus*, *delictis*, *ultimis vo-*  
*luntatibus*, *prescriptionibus*, *transactionibus*, *pro-*  
*cessu judiciario* & sexcentis ejusmodi aliis agens,  
orbi Christiano obtruserunt, *rem ipsam* eos ad-  
fectasse palam est. Quinimo Papa BONIFACIVS  
VIII, se *omnia jura in scrinio pectoris sui habere*,  
aperte gloriari non dubitat in *cap. 1. de con-*  
*stit.*

fit. in Vlt. Quo etiam spectat BALDI adfentatio: *Papam esse præter, supra & contra Jus*, quam refert PHILIPPVS DECIVS *Conf. DLXXXIIX. n. 5.*

\*\* Dictum Imp. IVSTINIANI in Nov. LXXXIII cap. I. *leges non dedignari sequi sacros canones* mire in usus suos convertere sciverunt Pontifices, idque ubique crepant, videatur *cap. 8. X. de judic. cap. 1. X. de juram. calumn. cap. ult. X. de sec. nupt. & cap. 1. X. de nov. oper. nunciat.* Eam tamen non fuisse IVSTINIANI mentem, ut Pontifici potestatem tribuat IVS CIVILE pro lubitu abrogandi manifestum est, cum loquatur (I.) de Conciliorum decretis, non Pontificum placitis, arg. *Nov. CXXXI. cap. 1. (2)* de rebus ad Ecclesiam pertinentibus non aliis.

§. III.

Ostenditur Pontifices omni suffragio veteris Ecclesie hæc in re destitui.

Qua in re Pontifices non solum Imperatorum \* sed etiam De-cessorum suorum, \*\* &, quod majus est, sanctorum Ecclesie Patrum,



trum, \*\*\* Apostolorum, \*\*\*\* imo  
ipfius CHRISTI \*\*\*\*\* doctrinam ne-  
glexerunt.

\* Referrī huc potest præclarum Imp. IVSTI-  
NI effatum in l. 41. C. de Episc. & Cler. § l. 23.  
C. de testament. ubi ait: *absurdum imo oppro-  
brium Clericis esse, si peritos se velint ostendere  
disceptationum esse forensium.*

\*\* Pertinet huc, quod CLEMENS in can. 29.  
caus. XI. q. I. ad Episcopum quendam scribit:  
*Te summo studio niti oportet, ut omnes vite hu-  
jus occupationes abjicias, neque enim iudicem  
aut cognitorem secularium negotio-  
rum hodie te ordinare vult Christus, ne præso-  
focatus presentibus hominum curis non possis ver-  
bo Dei vacare.*

\*\*\* Ulaus nunc instar omnium sit D. BERN-  
HARDVS, qui ait: *Non monstrabunt, ubi quisquam  
Apostolorum aliquando sederit iudex homi-  
num, aut divisor terminorum aut di-  
stributor terrarum: stantes quidem iudi-  
catos*

*catos legimus Apostolos, sedentes autem judi-  
casse non legimus.*

\*\*\*\* Ita PETRVS in *prior. Epist. cap. IV. v. 15.* vetat ἀλλοτριωσις τοῦ λαοῦ & *cap. V. v. 3.* Clericos monet, ne conentur imperitare populo, & *cap. II. v. 13.* omnes fideles (sine distinctione Papali inter Clericos & Laicos) jubet subesse imperio civili.

\*\*\*\*\* Quomodo CHRISTVS discipulos suos, qui de regno terrestri aliquid somniabant, redarguerit, videatur *Matth. cap. XX. vers. 25. usque 28.*

#### §. IV.

*Mutatio  
legum ci-  
viliū non  
solum in-  
compe-  
tenter sed  
etiam per-  
verse a  
Pontifice  
est tenta-  
ta.*

Tolerari tamen hæc μετὰ βασιλεῖς  
ἀλλογέειν & facilius potuisset, si modo  
semper *in melius* leges civiles mu-  
tassent Pontifices: at quod adhuc  
magis dolendum & detestandum  
est, hanc IVRIS CIVILIS emendatio-  
nem interdum adeo *perverse* ten-  
tarunt,

tarunt, ut multa quæ ab Imperatoribus præclare, aut certe non admodum male, constituta erant, \* isti mutaverint *in pejus*, \*\* idque plerumque commodi sui causa \*\*\*.

\* Licet non quoad omnia, tamen quoad pleraque IVRIS CIVILIS capita verissimum est CANVTI Episcopi Viburgensis (in præfatione Commentarii ad Jus Danicum, qui prodiit Hafniæ CID IO CIIX.) effatum: *Quantum a Jure Justiniano discedamus, tantum nos a ratione æqui & boni deflectere.*

\*\* Totum pene IVS CIVILE tot vigiliis excogitatum & bono generis humani promulgatum *per Pontificem eversum esse*, suo jam tempore conquestus est CAROLVS MOLINAEVS, uti ex eo refert MYNSINGERVS *Cent. VI. Obs. LXII.* Meditatus quoque *oppugnationem* IVRIS CANONICI est FRANCISCVS HOTOMANNVS, quam auspiciis Electoris Palatini edere constituerat. Testis rei ipse HOTOMANNVS apud MEELIVM *Epist. CXLVII. Habeo*, scribit, *contra IVS CANONICVM notas innumera-*

C mera-

merabiles, quibus Anti-Christi Romani partim  
**stuporem** in CIVILIS JURIS scientia, partim **im-**  
**posturas, fraudes, falsitates** incredibi-  
 les patefecerunt. Sed lucem non adspexit liber,  
 vid. *Monathi. Auszüge ad A. 1700. Mens. O-*  
*ctobr. p. 680.* Specimen tamen habemus in *bruto*  
*fulmine* aliisque HOTOMANNI scriptis. Cum pri-  
 mis vapulat cordatioribus BONIFACII VIII Sextus  
 Decretalium. Eum enim totum causidicum &  
 ut contentionibus Clericorum deserviret, excogi-  
 tatum ferunt, plurimasque in eo Decretales ad  
 beneplacitum compositas indignantur. vid. L. B.  
 de LYNCKER in *Anal. ad Dessel. Jus Canon. in*  
*Prooem. qu. 2. & Dissert. de beneplacito §. 2. n. 1.*  
 Eum librum nec Gallia recepit, eo quod infinitas  
 fere ordinationes contineat, quæ tendunt ad  
 labefactandam antiquorum canonum doctrinam  
 FRANC. DVARENVS in *pref. libr. de sacr. Eccles. mi-*  
*nistr.* & SEB. FRÆNIVS *Decret. Parlam. Britann.*  
 p. 21.

\*\*\* Pertinet huc celebre LVTHERI de JURE  
 CANONICO iudicium in *Symposiac. tit. 66. von Ju-*  
*risten pag. 403. Das Geistliche oder Päpstliche*  
 Recht

Recht ist / wie alle Juristen sagen / ein Buch  
voller Unflaths, das nach Geld stincket.

Qui etiam scripto publico, quod exstat Tom. II.  
Oper. Latin. Jenens. fol. 334. non paucos errores

JVRIS CANONICI detexit. In eo tamen cum *ani-*  
*moso* hoc tyrannidis Papalis oppugna-

tore facere non possum, quod totum IVS CA-

NONICVM tollendum & cremandum esse censue-

rit. Sufficit, si ea, quæ *mala* sunt, eliminan-

tur, quæ autem *bona* sunt, merito retinentur,

quod tunc etiam JCTi Vitebergenfes; HENNIN-

GVS à GOEDEN & HIERONYMVS SCHVRFIVS mo-

nuere. Confer ZIEGLERI Dissertat. de Orig. &

Increm. Jur. Can. §. 64. & 65.

§. V.

De hac REFORMATIONE JVRIDI-  
CA A PONTIFICE PERVERSE TENTATA <sup>Institutum  
auctoris.</sup>

scribere dum adgredior, spero me  
operam non perditurum. \*\*

\* Pertinebunt huc omnes JVRIS VTRIVSQVE  
C 2 disse.

differentia, in quibus *JVS CIVILE præstat* CA-  
 NONICO, quo ipso tamen non nego, in aliis *JVS*  
 CANONICVM *præstare* CIVILI. Quod unico  
 exemplo nunc liceat illustrare. *JVRE CIVILI* adul-  
 terium æstimabatur tantum *ex persona conju-*  
*gata patiente*, nihilque erat aliud, quam con-  
 cubitus cum aliena uxore *l. 34. §. 1. D. ad L. Jul. de a-*  
*dult.* ex contrario concubitus solutæ cum alieno ma-  
 rito non erat adulterium, sed stuprum. *l. 18. C. eod.* ita  
 ut uxor maritum, quamvis thorum conjugalem vi-  
 olasset, de adulterio accusare non posset. *l. 1. C. eod.*  
*JVRE CANONICO* adulterium æstimatur *ex utra-*  
*que persona conjugata tam agente*  
*quam patiente*, vide *can. 4. qu. IV. Et can. 15. 19.*  
*Et seq. qu. V. caus. XXXII.* Idque *recte*; licet enim  
 nec *JVS CIVILE* omni ratione destituatur, cum con-  
 cubitus uxoris cum altero propter partus suppo-  
 sitionem *magis noceat* marito, quam concu-  
 bitus mariti cum altera noceat uxori; tamen,  
 cum utroque casu *violetur fides conjuga-*  
*lis*, bene utroque casu adulterium adesse judi-  
 cavit

cavit IUS CANONICVM. Et omnino æquum est, quod AVGVSTINVS in *can. 2. qu. VI. caus. ead.* maritis ait: *Quales vultis uxores invenire, tales & ipse inveniant vos.* idque & sacre scripturæ convenit, quippe *uxor idem jus habet in corpore mariti, quod maritus in corpore uxoris,* juxta effectum PAVLINVM I. *ad Corinth. VII. v. 4.* Merito proinde tam Imp. CAROLVS V. in *Const. Crim. art. 120.* quam Protestantes in *Ordinationibus Confessorialibus* IUS CANONICVM hac in parte IVRI CIVILI prætulērunt. Ratione poenæ tamen æquum esse, ut aliquod servetur discrimen, non negaverim.

\*\* Hanc provinciam arbitror a nemine esse occupatam, licet enim non desint, qui obiter & quasi aliud agendo *præstantiam* IVRI CIVILIS in hoc vel illo capite præ IVRE CANONICO demonstraverint; nemo tamen, quod sciam, repertus est hætenus, qui omnia capita in unum fasciculum colligere & professa opera pertractare conatus sit.

§. VI.

Cum autem tam vastum argu-

*Restrictio*

C 3

men-

*ad causas  
matrimo-  
niales.*

mentum unius *Diatribes Academi-  
cæ*, quam nunc meditor, mensu-  
ram nimis excedat, rubrum ad \*  
CAUSAS MATRIMONIALES \*\* restrinxi.

\* In primitiva Ecclesia *causas matrimonia-  
les*, quatenus sunt objectum cognitionis judicia-  
lis pro *spiritualibus*, habitas non fuisse, sed  
ad judicem *secularem* spectasse certissimum est,  
idque satis evincunt tot ab Impp. Christianis *de  
matrimonio* latae leges dictaque sententiæ, quæ in  
Codice tam THEODOSIANO quam IUSTINIANO  
exstant. Nihilominus Pontifex *causas matrimo-  
niales* ad forum suum pertraxit, vide *cap. 3. X.  
de ordin. cognit. cap. 13. § 8. X. de sponsal. §  
cap. 3. X. de divort. junct. tot. lib. IV. Decretal.*  
adeo, ut CONCILIVM TRIDENTINVM *Sess. de matr.  
can. XII.* anathemate feriat eos, qui dissen-  
tiunt. At ex falsa & *ἀθεολόγη* hypothesi, quod ma-  
trimonium sit sacramentum, vide *cap. 9. X. de heret.*  
Spurium illud fundamentum, ex perversa inter-  
pretatione dicti PAULINI *ad Epbes. V. v. 32.* or-  
tum, diu rejecerunt Protestantes, annon autem  
quædam consecratoria inde fluentia adhuc incaute  
retineant, quæri posset. At manum hac de ta-  
bula!



bula! Id tamen non possum non monere, præcipuum argumentum, quo hodie nonnulli Protestantium, *causas matrimoniales ad spirituale forum pertinere* contendunt (si de *jure ipso* disceptetur, nam, si de *nudo facto* quaeratur, competens esse forum *seculare*, omnes agnoscunt, vid. CARPZOVIUM *in Jurispr. Consist. lib. 2. def. 1.*) quia sc. *in iis occurrunt casus conscientiae*, nihil probare (ne id cum PVENDORFIO *de habitu religion. §. 44.* futile dicam) siquidem etiam *in aliis negotiis humanis* v. gr. *in omni contractu* & *in omni delicto* casus conscientiae occurrunt, at *contractus* & *delicta*, in quantum sunt objectum cognitionis judicialis, ad forum *spirituale* pertinere, nemo sanus adfirmaverit. Adde virum illustrem THOMASIVM *in Notis ad LANCELOTTVM lib. III. not. 16.* ubi hanc sententiam contra CARPZOVIUM aliosque solide propugnat. Imo causas matrimoniales male a foro civili exemptas fuisse, agnovere tam in mediis Papismi tenebris MARSELLIVS de PADVA & GVILIELMVS OCCAM, notante BESOLDO *in disc. de nupt. cap. IV. n. 2.* quam tempore

pore reformationis ipse LVTHERVS (ad quem etiam provocat THOMASIVS l. c.) qui in *prefat. libri von Ehe-Sachen* cordate, ut solet, scribit: Ich ruffe und schreie / man soll die Ehe-Sachen der weltlichen Obrigkeit lassen / & paulo post: Mir grauet für dem Exempel des Pabstes, der solche weltliche Sachen zu sich gerissen hat. Quicquid sit, postquam tempore reformationis Principes Protestantes *Jus circa sacra* sibi vindicaverunt, parum in effectu intererit, cui foro causas matrimoniales accenseas, cum in utroque foro nomine Principis jus dicatur. Neque dubito, *hoc intuitu* receptam Consistoriorum jurisdictionem in causis matrimonialibus tolerari posse.

\*\* Id cum primis notandum, axioma illud CANONISTARVM: *in matrimonialibus indistincte valere JVS CANONICVM*, ad quod probandum adlegant *cap. ult. X. de sec. nupt.* diu apud Protestantes exploitum esse, cum illud & *rationi* & *revelationi* & *Principum nostrorum Constitutionibus* merito cedere debeat. Adde SECKENDORFIUM in *Hist. Luth. lib. III. sect. 32. §. 126.* ubi refert Rescriptum

ptum Electorale Saxonicum d. 8. Jan. 1544. ut de  
iis, quæ controversa & dubia essent, specia-  
tim in causis matrimonialibus, Theologi & Jcti  
amice conferrent, & absque detrimento doctrina  
Christiane, a Luthero propositæ, concordarent,  
posthabitis legibus Pontificiis.

§. VII.

At cum etiam hic apparatus Nunc so-  
lummodo  
dabitur  
Specimen.  
adeo excreveret, ut intra termi-  
nos, quos nunc mihi præscripti,  
contineri non posset, non nisi duo  
priora capita, velut ex spaciola  
arbore duos ramusculos *Speciminis*  
loco exhibere nunc licuit.\*

\* Quod si tamen DIVINA MAJESTAS vitam  
concesserit, telam, quam nunc exordior, per-  
texere non intermittam.

§. IIX.

Cæterum protestor, mihi in-  
D ser- Protesta-  
tio aucto-  
ris.

scribendo non esse alium scopum  
quam *ζητησω τῆς ἀληθείας*, indeque  
confido, innocenter dicta mihi non  
fore fraudi. Adsit DEVS huic  
instituto!

## CAPVT I.

*De prohibitione matrimoniorum ob  
cognitionem CARNALEM nimium  
à Pontifice extensa.*

## §. I.

*Ingressus  
Tractati-  
onis.*

**Q**uidiora diffensione VTRIVSQUE  
IURIS in prohibitione matri-  
moniorum ob cognitionem CAR-  
NALEM *quoad lineam transversam*  
determinanda, cum *quoad lineam  
rectam* nullam inter VTRVMQUE IUS  
differentiam admittam.\*

\* Non desunt tamen ex CANONISTIS, qui et-  
iam

iam *quoad lineam rectam* aliquid monstri alunt. Etenim, cum *JVS CIVILE* inter adscendentes & descendentes matrimonia *in infinitum* prohibeat §. 1. *J. de nupt. & l. 53. D. de R. N.* ubi non inepte *GLOSSA* subjungit: *Adamum, si hodie viveret, uxorem reperire non posse* (quam prohibitionem *CIVILEM* convenire *REVELATIONI* dubio caret, vide *Levit. XIII. 7. & 8. Deuteronom. XXII. 30. & XXVII 20. & I ad Corinth. V. 1.* an autem sola *RATIO* eam adsequatur, nunc neque cum *GROTIO de Jur. Bell. & Pac. lib. II. cap. V. §. 12. n. 2. seqq.* & *PVFENDORFIO de Jur. Nat. & Gent. lib. VI. cap. I. §. 32.* adfirmo, neque cum *THOMASIO Instit. Jurispr. Divin. lib. III. cap. II. n. 225. seqq.* nego, cum examen hujus controversiæ peculiarem desideret operam) reperti sunt ex *CANONISTIS* non pauci, interque eos *GOFFREDVS* sive *ROFREDVS* in *Summa sua de cons. & aff. §. item quantum.* & *ANGELVS ad cap. non debet, §. X. de cons. & aff.* qui statuunt: *Jure Canonico prohibitionem matrimonialem etiam in linea recta, quartum gradum non excedere, adeoque matrimonia inter adscendentes & descendentes, qui*  
D 2 sibi

sibi sunt in *quinto* gradu licita esse. Horum sententia si JURI CANONICO conveniret, suppeditaret insigne exemplum REFORMATIONIS JURIS CIVILIS A PONTIFICE PERVERSE TENTATAE

At has

*Horrendas Syrtes, latrantia littora Scylla,*  
Pontifici nequidem in mentem venisse arbitror. Sententiam quidem suam GOFFREDVS & ANGELVS fundatam esse opinantur in *cap. non debet. 8. X. de conf. & aff.* quo INNOCENTIUS III prohibitiones matrimoniales gradu *quarto* inclusit. At Pontificem unice de linea *transversa* non de *recta* sensisse, bene contra GOFFREDVM & ANGE-  
LVM docuerunt IOANNES ANDREAS ab ISERNIA in *declar. arbor. conf. §. quero an inter ascendentes* & ABBAS PANORMITANVS ad *d. cap. non debet. Ad-*  
*de, si lubet, ERASMV M VNGEPAVERVM ad Decre-*  
*tal. tit. de conf. & aff. n. 4.* Equidem licet heic in absolvendo Pontifice facilis sim, negari tamen non posse cenleo, Pontificem *generaliter & in-*  
*distincte in d. cap.* loquendo (quod etiam isti ur-  
gent) GOFFREDO & ANGELO tam sinistre sen-  
tiendi aliquo modo ansam suppeditasse. Neque  
existi.

existimandum est, frustra de hoc casu inter Doctores JURIS CANONICI disputari, licet enim ob brevitatem vitæ humanæ casus rarissimus sit, cum raro quis videat *quintam generationem*, momente ABBATE d. l. rariusque cum ea matrimonio jungi desideret, utique tamen casus dabilis est, cum exempla virorum, qui ad centum annos usque & ultra generare valuerunt, non desint.

§. II.

Inter eos, qui ex latere sibi juncti sunt, \* IVS CIVILE matrimonia prohibet usque ad *QUARTVM* gradum *sux computationis* \*\* EXCLUSIVÆ, arg. §. 4. *J. de nupt.* \*\*\* Quam prohibitionem CIVILEM sufficientem esse, deduco ex convenientia cum prohibitionem DIVINAM. \*\*\*\* Neque prohibitio CIVILIS exinde culpam potest, quod nullum DIVINÆ prohibitioni sepimentum adjiciat;

*De prohibitionem CIVILIS.*

*Ostenditur quod sit sufficiens.*

D 3 licet

licet enim largiar, *humanarum legum* latorem legibus *divinis* modicum sepimentum adjicere *posse*, nego tamen, quod id facere *cogatur*.

\* Loquimur heic de casu, quo non adest *respectus parentelæ*, Quod si is adfit prohibitio *JVRE CIVILI* ad *nullum gradum* restringitur, §. 3. *I. de nupt. & l. 17. §. ult. D. de R. N.* Contra *JVRE CANONICO* respectum parentelæ *ultra quartum gradum* non attendi, multi *CANONISTARVM* interque eos *JOANNES DE DEO* ex *cap. non debet. 8. X. de conf. & aff.* inferunt. Horum sententia si *JVRI CANONICO* esse conformis, iterum oriretur insigne exemplum *REFORMATIONIS JURIS CIVILIS A PONTIFICE PERVERSE TENTATÆ*. At cum ea sententia ex *d. cap. probari* nequeat, indeque *HOSTIENSIS in summa ad d. cap. num. 11.* alique *CANONISTÆ* statuunt: quoad respectum parentelæ nihil ex *JVRE CIVILI* per *CANONICVM* mutatum esse; malumus & nos hac in re benigne de *JVRE CANONICO* sentire, secuti *FRANCISCVM DVARENVM de nupt. cap. III,*



III. pag. 248. & ERASMV M VNGEPAVERVM ad Decretal. tit. de cons. & aff. n. 7.

\*\* Computatio graduum, quam JVS CIVILE tradit, naturæ optime convenit & unica hac absolvitur regula: *Quot sunt generationes, tot sunt gradus*, quæ fundatur in §. 7. *J. de grad. & l. 10. §. 9. D. eod.* Hanc computationem licet JVS CIVILE in materia *successionum* proponat, tamen etiam ad materiam *matrimoniorum* adhibuit, uti patet ex §. 3. *J. de nupt. & l. 17. §. ult. D. de R. N.* junct. VLPIANO in *Fragm. tit. V. §. 6.* Quæ paucissima loca licet in universo JURE CIVILI sola sint, in quibus quoad *matrimonialia* graduum computatorum mentio fiat, satis tamen probant, falsum esse, quod Pontifex ALEXANDER II in *can. ad sedem 2. caus. XXXV. qu. V.* ait: *In legibus ob nihil aliud graduum mentionem factam esse, nisi ut hereditas vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur.*

\*\*\* Non est quod auctoritate THEOPHILI (qui d. §. 4. *J. de nupt. legit & dicitur leg. ovante- & c.*) quicquam cum ANTONIO FABRO in *Jurispr. Papin.*

*Papin. Illat. 6.* mutemus, cum THEOPHILVM de sua posteriore, non JUSTINIANI ætate, intelligendum esse, ex plurimis locis Juris Justiniani pateat, vide *l. 3. § 67. §. 1. D. de R. N. l. 23. § 24. D. de cond. inst. l. 78. §. 8. D. ad Sct. Trebell. l. 19. C. de nupt. § l. 2. C. de inst. § subst. junct. HARMENOPVLO lib. IV. Tit. VI.* Quam sæpe ante JUSTINIANVM hac in re variatum fuerit, accurate exponit ANTONIVS CONTIVS *subsec. lect. lib. II. cap. I.*

\*\*\* Prohibitionis CIVILIS cum DIVINA, quatenus REVELATIO eam *Lev. XIX § XX.* determinat (an autem RATIO in hac transversa linea prohibitionem aliquam capiat, præsentis instituti non est disputare, vide tamen GROTIVM de *J. B. § P. lib. II. cap. V. §. 13. & PUFENDORFIVM de J. N. § G. lib. VI. cap. I. §. 34.*) convenientiam arbitror esse exactam; siquidem verissima mihi semper visa est eorum sententia, qui statuunt: *divinam legislationem non solum de personis expressis, sed etiam de iis, qui in pari gradu sunt, intelligendam esse,* cum enim ipse divinus legislator *generalem* rationem prohibendi a *proximitate sanguinis* desumptam *Lev. XIX. 6.* præmiserit

ferit, necessario sequitur, quod ubicunque sit eadem  
proximitas sanguinis, *generalis* sit prohi-  
bitio. Et hanc nostram sententiam summis vi-  
ris tam Theologis quam Jctis, præcipue *anti-*  
*quioribus* placuisse video, licet non desint, qui Rab-  
binorum commentis decepti in transvorsum se  
abripere patiantur, inter quos nollem esse GROTIUM  
*de J. B. & P. lib. II. cap. V. §. 14.* quem merito  
propterea reprehendit ZIEGLERVS *in Not. ad h.*  
*loc. p. m. 278.*

### §. III.

Heic admodum PERVERSE RE-  
FORMATIONEM TENTARVNT PONTI-  
FICES, prohibitionem CIVILEM abro-  
gando & CANONICAM substituendo,  
siquidem matrimonia prohibent  
usque ad QUARTVM \* gradum  
*sux computationis \*\* INCLUSIVE. \*\*\**  
*cap. non debet. 8. X. de cons. & aff.*  
Quam prohibitionem NIMIAM  
pronuncio: quia *enormiter \*\*\*\**  
E rece.

*De prohibitione CANONICA.*

*Ostenditur quod sit nimia.*

recedit a JURE DIVINO, adeoque  
conscientias *superfluis* laqueis one-  
rat. \*\*\*\*\*

\* De JURE CANONICO *novissimo*, in cap.  
8. X. de conf. & aff. constituto, loquor, nam an-  
tea adhuc major ejus Juris fuit absurditas, siqui-  
dem JURE CANONICO *veteri* matrimonia prohi-  
bita fuerunt, quamdiu generatio cognoscitur aut  
in memoria retinetur. *can. in copulatione fide-  
lium. 18. caus. XXXV. qu. II. & III.* qui ex  
Concilio VVormatiensi desumptus est. Quod  
alii expriment ad *septimum* gradum, quoniam  
generatio vix ultra cognosci aut in memoria re-  
tineri potest, vide *can. 16. 17. & 19. eod.* Hos se-  
ptem gradus initio quidem *civiliter* computatos  
fuisse, largior CVJACIO ad cap. pen. X. de conf. &  
aff. arg. *can. 1. caus. XXXV. qu. II. & III.* post-  
ea autem, cumque adhuc prohibitio ad septi-  
mum gradum obtineret, *canonice* computari cœ-  
pisse, constat ex *can. 2. qu. V. caus. ead. verb. in  
septem gradibus, si canonice & usualiter nume-  
rentur*, uti recte contra CVJACIVM demonstrat

ZIEGLE-

ZIEGLERVS ad *Lancell. lib. II. not. 467.* Prohibitionem tamen hanc ad septimum gradum exclusive, id est, ad *sex* inclusive intelligendam esse, patet ex *can. 21. eod.* neque obstat *can. 17. eod.* spurium est enim *ro post* nec in correctionibus editionibus invenitur. Si rationem tam late patentis prohibitionis desideras, hanc apud ISIDORVM *can. un. caus. XXXV. qu. IV.* invenis: quia *sex* atatibus mundi generatio & hominis status finitur. Quæ ratio omnino *inepta* est; nulla enim, monente RITTERSHVSIO *de diff. Jur. Civ. & Can. lib. I. cap. VIII.* inter sex atates five millenarios, quibus mundum finiri credere veteres, & sex generationes humanas est similitudo, ut adeo ISIDORVS, dicente eodem RITTERSHVSIO, ex arena funiculos nectat, & quidvis ex quovis inferat. Nihilominus ineptam hanc rationem approbavit Papa ALEXANDER II. in *can. ad sedem. 2. caus. XXX. qu. V. vers. Sicut totius mundi sex atates existunt.* Rejecit autem hæc omnia posterior Papa INNOCENTIUS III. in *d. cap. 8. X. de cons. & aff.* idque quidem *recte*, modo non prohibitionem ad *quartum* gradum

*adhuc nimiam*, hujusque prohibitionis rationem *æque ineptam* substituisse.

\*\* Novam computationem graduum in matrimonialibus excogitarunt, veteremque CIVILEM repudiarunt Pontifices. De cujus origine legi meretur CVJACIUS ad *tit. X. de conf. & aff. & SCHILTERVS de libert. Eccles. Germ. lib. III. cap. X.* Modus computandi videri potest apud JOANNEM ANDREAM ab ISERNIA in *declar. arb. conf.* aut, si quis antiqua fastidiat, apud SCHILTERVM *Inst. Jur. Can. lib. II. tit. X. §. 24.* Res eo redit: ut *unum solummodo latus & quidem longius* computetur. vide *can. 2. caus. XXXV. qu. V. & cap. 3. & ult. X. de conf. & aff.* Contra hanc computationem CANONICAM multi multa monent, ex quibus conferri merentur HOTOMANNVS *libr. singular. de grad.* BACHOVIVS ad *Trentl. Vol. II. Disp. VI. tb. 2. lit. f.* & RITTERSHVSIUS de *diff. Jur. Civ. & Can. lib. I. cap. VI.* ubi *mira monstra* pro-  
cudisse *Canonistas* ait, cum enim ex duobus gradibus JURIS CIVILIS unum fecerit JVS CANONICVM vid. *d. can. 2. caus. XXXV. qu. V. id*, dicente EODEM

DEM, l. c. *nihil aliud est quam rerum naturam immutare & efficere velle, ut bis duo non sint quatuor, sed duo.* Et potuisset forte hæc graduum computandorum mutatio Papalis inter exempla REFORMATIONIS JURIS CIVILIS A PONTIFICE PERVERSE TENTATÆ referri. Nihilominus cum computatio CANONICA apud ipsos Protestantes *in matrimonialibus* sit recepta, eaque non solum a Jctis nostratibus, ex quibus vide STRUVIVM *Ex. XXIX. ib. 44.* sed etiam Theologis, ex quibus vide SCHERZERVM *in loc. de conjug. pag. m. 766.* excusari soleat, ei nunc *parco*, idque eo lubentius, quia in effectu parum interest, sive hoc sive illo modo computes, dummodo prohibitionem non nimis extendas.

\*\*\* Differentiam inter prohibitionem CIVILEM & CANONICAM deprehendes esse maximam, si differentiam *utriusque computationis* attendas; siquidem JVS CIVILE, si *Canonice* computes, prohibet solummodo gradum *secundum* si linea sit inæqualis, si vero æqualis, tunc ne *secundum* quidem: JVS CANONICVM vero, si *Civiler* computes, prohibet gradum *octavum*.

Recte CVJACIVS ad *cap. ult. X. de cons. & aff.* causam, cur novam computationem excogitaverint Pontifices, observat fuisse *nimum studium coercendarum nuptiarum*; & licet RITERSHVSIVS l. c. arbitretur: *bunc scopum Pontifices alia ratione attingere potuisse, etiamsi rerum naturam novae dimetiendorum graduum figura excogitata non pervertissent*, putarem tamen, opus omnino fuisse Pontificibus hac arte, ut enormis prohibitionum extensio eo minus in oculos vulgi incurreret,

\*\*\*\* Equidem non improbassem, si JVS CANONICVM aliquanto longius prohibitionem extendisset quam JVS CIVILE, adeoque prohibitioni JVRIS DIVINI *aliquod sepimentum* adjecisset, nimiam tantum extensionem improbo; cum enim per JVS DIVINVM, quod CIVILE sequitur, *tres gradus*, si *civiliter* computemus, prohibiti sint, adjectio *unius aut alterius gradus* instar sepimenti esse potuisset, at JVS CANONICVM *quinque gradus* adjecit, quod tolerari non potest, cum inde oriatur hoc absurdum: *sepimentum fieri latius quam id quod est sependum.*

\*\*\*\* Jam



\*\*\*\* Jam olim in medijs Papisimi tenebris prohibitiones matrimoniorum Papales intolerabiles fuisse visas, patet ex eo, quod populi primum conversi plerumque aliquod temperamentum circa prohibitiones matrimoniales a Pontifice postulaverint. Quale temperamentum Anglis concessum fuisse, constat ex *can. 20. caus. XXXV. qu. II & III. ne*, ut ibi dicitur, *metuendo austeriora, a bono recederent*. Germanos quoque intercessione BONIFACII Archiepiscopi Moguntini aliquod moderamen impetrasse, constat ex Epistola GREGORII III ad BONIFACIUM, quæ legitur apud REGINONEM, *lib. II. p. 200*. Quam benignitatem tamen temporariam fuisse, & quam primum hæ gentes *firma radice in fide fuerint solidata*, revocatam esse, ex *d. can. 20.* patet.

§. IV.

Ratio hujus prohibitionis ad gradum QUARTVM, quam auctor ejus Papa INNOCENTIUS III. in *d. cap. a quatuor humoribus in corpore*

*Incepta ratio constitutionis Pontificiæ exploratur.*

pore & QUATVOR elementis desumit,  
ita fatua \* est, ut vix quisquam sit,  
qui sapit, qui eam non rideat. \*\*

Vera cau-  
sa adduci-  
tur.

At larva hæc diu Pontifici detra-  
cta deprehensumque fuit, *veram*  
causam tam late patentis prohibi-  
tionis esse CVPIDITATEM LVCRI EX  
DISPENSATIONE ORIVNDI, \*\*\* cum  
quo latius extendatur prohibitio  
humana, eo plures dentur casus di-  
spensabiles. \*\*\*\*

\* Nulla enim inter *quatuor* gradus &  
*quatuor* humores aut *quatuor* elemen-  
ta est connexio. Eleganter BACHOVIVS ad  
Tretul. Vol. II. Disp. VI. th. 22. ait: *Rationem*  
*banc talem esse, ut non immerito rationem*  
*in ea desideres & RITTERSHVSIVS de diff. Jur. Civ.*  
*Et Can. lib. I. cap. IIX. Mirum est, inquit, quod*  
*non addiderint, quia QUATVOR sunt venti prin-*  
*cipes*

cipes & quatuor cardines cœli, & quatuor partes anni & quatuor Evangelistæ & quatuor rotae plaustræ &c.

\*\* Hoc Juris Pontificii *νόημα* defendendum quidem suscepit *Jesuitica* (ui merito RITTERSHVSIVS l.c. appellat) *impudentia* ROBERTI BELLARMINI lib. I. de matr. sacrament. cap. XXIX. At admodum infeliciter, siquidem vano & Phisicis ignoto commento (quod ex THOMA AQVINATE ille repetiit) nobis persuadere conatur: in prima generatione absumi id, quod est *igneum*, in secunda id, quod est *aëreum*, in tertia id, quod est *aqueum*, in quarta denique id, quod est *terreum*, adeoque in quinta generatione *nihil* a primo genitore superesse. Quod si verum est, BELLARMINE, tu *nihil* habes ab ADAMO, nec est, quod te hominem putemus, cum humanam substantiam aliunde te habere demonstrare non valeas. Egregium sane ὕπερ-ασπιστήν, qui absurdum per absurdius defendit!

\*\*\* Hinc illas esse lacrymas, agnoscit præter alios MARCVS ANTONIVS de DOMINIS lib. V.

F

de

de republ. Eccles. cap. XI n. 79. ubi graviter ait: *Leges Papales nuptiarum prohibitive prorsus injuste ac nulla sunt: non enim honestatem & decentiam respiciunt, aut in re ipsa aequitatem, sed solum proprium lucrum. Nemo enim est, cui, solo pretio exhibito, tales dispensationes negentur, sed prostant in publica officina cuicumque accedenti venales.* Dignum profecto mercatura genus, cui quis accinat illud PETRI *Act. Apostol. IIX. 20.*

\*\*\*\* Parum facere ad INNOCENTIVM III. excusandum, quod rigorem veteris JURIS CANONICI aliquo modo temperaverit, sed eum *fictitia* hac benignitate Laicos potius decepisse, & sub gravi jugo adhuc retinuisse, bene monet THOMASIVS ad Lancelot. *lib. II. not. 467.*

## §. V.

Quil ho-  
dis SVRIS.

Hodie apud *Protestantes* \* unanimitate consensu a prohibitione CANONICA recessum est, ita ut alibi prohibitio CIVILIS nude observetur

tur, \*\* alibi media \*\*\* inter VTRVM-  
QVE JVS via incedatur. \*\*\*\*

\* Etiam ex Romano-Catholicis cordatio-  
res liberationem a *transalpina* ambitione &  
avaritia serio exoptare non dubito, cum jam  
olim artes Papales omnium oculis expositæ fue-  
rint in *Defensione Parisiensis curie pro libertate*  
*Ecclesie Gallicæ adversus Romanam aulam*, Lu-  
dovico XI Gallorum Regi quondam oblata, quam  
FRANCISCVS DVARENVS libris suis *de sacr. Eccles.*  
*ministr.* adjecit. Imprimis §. 71. graviter conque-  
ritur Parisiensis Curia: *Artibus Romanis sic exa-*  
*Etum esse aurum ex popularium loculis, ut area*  
*tantum minutaque moneta ipsis relicta sit.* inter-  
que has artes, §. 77. nominatim *dispensationem pro*  
*contrahendo matrimonio in casu prohibito* refert.

\*\* Prohibitio CIVILIS nude observatur in  
*Belgio*, teste GROTIUS in *Isagog. part. I. tit. 3.*  
& BOECKELMANNO *de diff. Jur. Civ. & Can. cap.*  
*XV. §. 15.*

\*\*\* Via media plerumque apud Protestan-  
tes in *Germania* inceditur. Singula statuta  
recen-

recensere non est hujus instituti. De JURE SAXONICO videatur CARPZOVIVS *Jpr. Consist. lib. 2. def. 79.* & de JURE BRANDENBURGICO *Ordin. Consist. tit. 58.*

\*\*\*\* Annon Idoli Papalis, quod soluto pretio *divitibus licita* reddit matrimonia, quae *pauperibus illicita* fingit, aliquæ apud Protestantes supersint reliquæ, nunc non disquiram.

## CAPVT II.

De prohibitione matrimoniorum ob  
cognitionem SPIRITVALEM male  
a Pontifice extensa.

### §. I.

De cognatione spiritali IVRE CIVILI male inducta.

**S**ingulare genus cognationis, quam SPIRITVALEM\* vocant, in medium produxit & nuptiis impedimento esse jussit Imp. JUSTINIANVS\*\* in *l. si quis alumnam. 26. C. de nupt.*\*\*\*

At

At omnino temere conscientias  
per hanc matrimoniorum prohibi-  
tionem illaqueavit, \*\*\*\* cum ea,  
non solum sacrae scripturae & pri-  
mitivae Ecclesiae incognita sit, sed  
& nulla ratio eam suadeat. \*\*\*\*\*

\* Hæc cognatio spiritualis ex mente JUSTI-  
NIANI incercedit inter susceptorem & susceptam  
ex sacro baptismo. Cognationis hujus meminit,  
σύγχρονος JUSTINIANO Historicus PROCOPIVS  
Cæsarensis in *Ἀνεκδότοις* haud procul ab initio,  
ubi refert BELISARIUM adolescentem quendam  
THEODOSIVM ex sacro baptismo susceptum,  
*filii* loco habuisse. Ἐλθεσε ὁ Βελισάριος τὸ  
θεῖον λατρεῖον, καὶ χερσὶν ἀνελόμενος ἐνθενδε ὀι-  
κείαις, ἐισποιητὸν ἐποίησατο παῖδα, ἥπερ εἰσποι-  
εῖσθαι χριστιανοῖς νόμος.

\*\* Hanc prohibitionem vetustiore aucto-  
ritate quam JUSTINIANVM non habere recte  
observarunt alii. Conferri meretur ERASMVS VN-  
DEPAVERVS in *Errorib. Justinian. Err. VII.*

\*\*\* In universo IURE CIVILI hic unicus lo-  
cus

cus de cognatione spirituali existat, uti in *recit. ad d. l. 26. C. de nupt.* recte notat CUIACIUS. Relata quoque est dicta *l. 26.* in Βασιλικῶν *lib. XXIX. tit. V. περὶ κεκωλυμένων γάμων. loc. XIV.* Ὁ μὲν ἀπὸ τῆς ἀγίας βασιλοματώσῃ διατάξεως, ἔδυναται αὐτὴν ὑπερῶς πρὸς γάμον ἀγαγεῖσθαι, ὡς δὴθεν θυγατέρα αὐτῆς γενομένην. At, quæ sequuntur in *Basilicis* præter mentem JUSTINIANI a posterioribus Impp. adjecta sunt: ἔδὲ τὴν ταύτης μητέρα ἢ θυγατέρα αὐτῆς γενομένην ἀλλ' ἔδὲ ὁ υἱὸς αὐτῆς.

\*\*\*\* Idque, conjiciente ALBERICO GENTILI *de nupt. lib. V. cap. ult.* persuasione Episcoporum, uti erat Princeps nimium in Clerum propensus, quod multis documentis posset ostendi, si id nunc nobis agendum esset. Exemplo esse possunt litteræ ad Pontificem IOANNEM scriptæ, quæ extant in *l. g. C. de sum. Trin.* si modo ex genuina sunt, quod in dubium vocavit HOTOMANUS *lib. I. Amicab. Respons. cap. I.*

\*\*\*\*\* Cum susceptor agat *testem* facti baptismatis, nihil est quod impediatur, matrimonio ei jungi, pro qua olim dixit testimonium. Quod



Quod autem *compater* dicatur, fit mero sensu *spirituali*, quod non potest in actus *carnales* influere, ut adeo non sufficiat ratio *IUSTINIANEA*: Nihil aliud sic inducere posse *paternam affectionem* quam huiusmodi *nexus*, per quem Deo mediante *anime eorum copulatae sunt*, vel, uti in *Basilicis* exprimitur: ἐδὲν ἄλλο ἔτος δύνανται εἰσαγωγῆν πατρικὴν διάθεσιν καὶ δικαίαν γάμιν κώλυσιν ὡς ὁ τοῦτοσ δεσμός, δι' ἧ θεῶ μεσότητος αἱ ψυχὰι αὐτῶν συναπλοῖται. ne dicam si cognatio *spiritualis nuptias* impediret, plane nullum inter *Christianos* posse contrahi *matri-* monium, cum omnes *Christiani* *spirituali* *cognatione* jungantur, veluti unius corporis membra, quod jam olim urfit *ALBERICVS GENTILIS lib. V. de nupt. tit. ult.*

§. II.

Heic iterum *PERVERSE REFORMATIONEM TENTARVNT PONTIFICES.* Cum enim *frivola prohibitio IUSTINIANEA* debuisset *aboleri*, isti contra

De cognatione spirituali IURIS CANONICI male extensa.

tra enormiter eam extenderunt \*\* & cognationem SPIRITVALEM fere eodem gradu, \*\*\* quo CARNALEM, circumscriserunt, \*\*\*\* vide *caus. XXX per aliquot quaestion. Et t.t. X. Et in Vltio de cogn. spirit. \*\*\*\*\** Imo eam ad alia quoque, praeter baptismum, extenderunt. \*\*\*\*\*

\* Ad eundem lapidem impegerunt *Ecclēsiae Graecae* Praesules, abusi *canone LIII. Synodi VI Constantinopolitane* μέγιστα πνευματικὴν οὐκείότητα εἶναι τῶν σαρκῶτων συναφείας, *Conf. lib. III. Jur. Orient.* edit. ab HENRICO STEPHANO.

\*\* Viginti casus, ad quos cognationem spiritualem extendit Pontifex, enumerat IO. PETRVS de FERRARIIS *in prax. tit. 33. gl. 4. n. 11.* quos heic recensere operae non est pretium, cum ipsi Pontificii inde recesserint, uti indicabo §. III. Conferri potest, qui diligentissime omnes casus pertractat, GONZALEZ TELLEZ. ad *tit. X. de cogn. spir.* Inde

Inde cognationem spiritualement in tres partes, sc. compaternitatem, paternitatem & fraternitatem dividerunt CANONISTÆ, quarum differentiam explicat CORVINVS a BELDEREN *Jur. Can. tit. de nupt. S. 41.*

\*\*\* Ad innumerabiles fere personas hæc prohibitio pertinuit, præcipue cum a placito Papæ LEONIS qui *can. 101. de consecrat. dist. IV.* constituerat: *ne plures ad suscipiendum de baptismo infantem accederent, quam unus, sive vir, sive mulier.* interdum recederetur, & plures accederent, quod factum fuisse constat ex *cap. ult. de cogn. spir. in VIto junct. can. ult. caus. XXX. qu. IV.*

\*\*\*\* Idque in tantum ut spiritualis cognatio non solum matrimonium contrahendum impediatur, sed etiam postea contractum dirimat *cap. 1. de cogn. spir. in VIto.* Novum profecto divortii genus, quod non invenio *Matth. V. 32. & XIX. 9.* aut *I. ad Corinth. VII. 15.* Imo olim superveniens ea etiam matrimonium antea contractum dirimit, siquidem Papa DEVSDEDIT (*ναὶ ἀντίθεσις* forsitan sic dictus, ut ait WISSEMBACHIVS *Contradict. Jur. Can. S. 47.*) eo processit, ut vi-

G

EOS,

ros, qui casu aliquo & quidem ignorantes natos proprios ex sacro baptismo susceperant, ab uxoribus separari jussit *can. 1. caus. XXX. qu. I.* quod tamen, & recte quidem, displicuit Papæ NICOLAO in *can. 3. & 6. eod.* & penitus abrogatum est (præcipue cum invenirentur, qui uxorum peritæ ex malitia proprios natos ex baptismo susciperent, aut uxores ad eos suscipiendos inducerent, ut impune ab uxoribus possent divertere; qua arte Rex Franciæ CHILPERICVS adversus conjugem AVDOVERAM in favorem pellicis FREDEGVNDIS usus est, referente GREGORIO Turonensis Ecclesiæ Episcopo *lib. V. Histor. Franc.* & AIMOINO Floriacensis Cœnobii Monacho *lib. III. de reb. gest. Francor. cap. 6.*) a Papa ALEXANDRO III in *cap. 2. X. de cogn. spir.* Adeo sibi *infallibilitas* Papalis non constat!

\*\*\*\* Vestigia cognationis spiritualis invenio etiam in *Capitularibus* CAROLI MAGNI & LVDOVICI PII ab ANSEGISO ABBATE & BENEDICTO LEVITA collectis *lib. II. cap. XXXVII. & lib. V. cap. CLXIII & CLXVII.* Item *lib. VI. cap. CCCCXXI.* quo ultimo loco *conjunctio cum spiritali commatre maximum* pronuntiatur *peccatum,*

tum, capitali sententia multandum vel peregrinatione perpetua delendum.

\*\*\*\*\* Non solum ad aliud, quod ipsi putant, sacramentum *confirmationem*, cap. I. in fin. de cogn. spir. in VIto. sed etiam ad sacramentale, uti vocant CANONISTAE, *catechismum*, cap. 5. X. eod. cum ea tamen differentia, ut confirmatio æque ut baptismus matrimonia post contracta dirimat. d. cap. 1. in VIto catechismus non æque cap. 2. eod. Quid catechismus sit, bene explicat RITTERSHVSIVS de diff. Jur. lib. I. cap. XVI. & ZIEGLERVS ad Lancelot. lib. II. not. 112. sc. examen, quod baptismo præmitti solet, ad quod baptizandi, si *adulti* sint, respondent ipsi, si *infantes*, nomine eorum susceptores. Falso tamen putat RITTERSHVSIVS l. c. confirmationem in locum catechismi successisse, quæ plane sunt diversa, cum catechismus baptismum precedat, confirmatio sequatur, eaque uno tempore simul in ecclesia observata fuisse, satis liqueat tum ex aliis IURIS CANONICI textibus tum ex eo, quem ipse RITTERSHVSIVS l. c. allegat *can. 100. de consecrat. dist.*

dist. IV. Id cum primis notandum, ex datione aliorum sacramentorum cognationem spiritualem, quæ matrimonium impediatur vel dissolvat non oriri *cap. ult. de cogn. spir. in Vltto.* Merito quæras: cur tam varie?

## §. III.

*A rigore*  
IURIS CA-  
NONICI  
*recessit i-*  
*psum CON-*  
CILIVM  
TRIDEN-  
TINVM.

Agnoverunt tandem ipsi Pontificii in CONCILIO TRIDENTINO hanc prohibitionem ob cognationem SPIRITVALEM nimis a Pontifice extensam fuisse (egregium infallibilitatis Papalis documentum!) eamque valde restrinxerunt atque coarctarunt \* *in decret. de reform. matrimon. Sess. XXIV. cap. docet experientia. II.\*\**

\* Quousque CONCILIVM TRIDENTINVM hanc prohibitionem *restrinxerit*, constat ex *all. text.* sc. in Baptismo ad susceptorem & susceptum, hujus patrem & matrem, nec non baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem

trem in Confirmatione ad confirmantem & confirmatum illiusque patrem & matrem ac tenentem, quo ipso multas prohibiciones JURIS CANONICI *abrogatas* esse, evidens est, prouti in fine conditores CONCILII TRIDENTINI addunt: *omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedi- mentis omnino sublatis.* Placitum hoc CONCILII TRIDENTINI confirmavit & declaravit Pontifex PIVS V. in *cap. 2 & 3. de conf. & aff. in VIImo.*

\*\* Imo in CONCILIO TRIDENTINO fuerunt non pauci, qui hoc impedimentum nuptiarum ob cognationem spirituales *penitus tollendum* esse censuerunt, referente PETRO SVAVI si- ve, qui sub hac larva latet, PAVLO SARPIO in *His- tor. Conc. Trid. lib. VIII. pag. 836.* Tanta vis est veritatis!

#### §. IV.

Hodie apud *Protestantes*\* co- Quid ho- die IVRIS.  
gnatio SPIRITVALIS contrahendis  
matrimoniiis impedimento non  
est. \*\*

\* Idque communi Theologorum & JCo-  
rum nostratum consensu. Ex istis conferri me-

rentur MELANCHTHON *de conjug.* & BEZA *de divor.* & *repud.* ex his ALBERICVS GENTILIS *lib. V. de nupt. cap. ult.* RITTERSHVSIVS *de diff. Jur. lib. I. cap. XVI.* & WESEMBECIVS *in parat. de rit. nupt. n. 4. in fin.* De eo tantum dubitatur: *an, in quantum prohibitio ab Imp. procedat, petenda sit dispensatio?* quod affirmant antiquiores cum ERVNNEMANNO *ad l. 26. C. de nupt.* negant multi recentiores, inter quos est vir illustris BOEHMERVS *ad Corvin. tit. de nupt. not. K.* Ultram sententiam eligas, non multum quidem erit periculi: posteriori tamen nunc meum calculum adjicere lubet, cum, uti bene BOEHMERVS *l. c.* monet: *l. 26. C. de nupt. non magis obliget Protestantes quam alii textus Codicis principis nostræ religionis adversantes.*

\*\* Id notatu dignissimum est, quod etiam in *Ecclesia Gallicana* cognatio spiritualis matrimonia non impediat, uti ex *Discipl. Eccles. Gall. cap. XIII. §. VIII.* probat SAMVEL MARESIVS *in Not. ad CVCCHI Inst. Jur. Can. tit. de cogn. spir.* licet reliqui Pontificii placitis CONCILII TRIDENTINI adhæreant.

S. D. G.

AD.



## ADDENDA

ad Cap. I. §. II. not. III.

In BASILICIS *modus computandi gradus* five, ut Græci vocant, κατάληψις τῶν βαθμῶν ex *Jure Justiniano* quidem retentus & speciatim ad *matrimonialia* applicatus est *lib. XXIIII. tit. V. περι κευωλυμένων γάμων.* at ipsa *prohibitio* aliquanto longius extensa, ita enim *did. tit. §. 4.* legitur: Λαμβάνειν πρὸς γάμον ἑθέραις τὴν θυγατέρα τῆς θείας ἢ τῆς θείας τῆς ἑσὶ τὴν ἐξαδέλφην με. ἀλλ' ἐδὲ ὁ υἱὸς με τὴν ἐγγόνην αὐτῶν, οἵτινες λέγονται διςἐξαδέλφοι.

ad Cap. I. §. III. not. I.

JUS CANONICVM *vetus* matrimonia usque ad *sextum* gradum inclusive prohibens adopratum est a CAROLO MAGNO & LUDOVICO PIO in *Capitular. Reg. Francor. lib. V. cap. CLXXVI.* & a RECAREDO Gothorum Rege in *leg. VVifigoth. lib. III. tit. V. cap. I.* Antea vero apud Francos non nisi *quartum* gradum prohibitum fuisse, constat ex REGINONE *lib. II. c. 212.* & capitulis Synodalibus PIPINI Francorum Regis *cap. I.* apud STEPHANVM BALVZIVM *Tom. I. Capitular. pag. 101.*

EPL-

EPIGRAMMA

AD

VIRUM NOBILISSIMUM ATQVE CONSULTISSIMUM

DOMINUM

GVILIELMVM DE HERTOGHE,

JVRIS CIVILIS ET CANONICI DOCTORANDVM,

DE REFORMATIONE JVRIS CIVILIS CIRCA CAVSAS MATRI-  
MONIALES A PONTIFICE ROMANO PER JVS CA-  
NONICVM PERVERSE TENTATA

PRO GRADV DISPVTVRVVM.

QVam male CAESAREAS CANO-  
NVN conamine LEGES  
PAPA reformarit, nunc TVA MVSA  
probat:

Sic merito LEGVM CANONVMQVE creabe-  
re DOCTOR  
JVS VTRVMQVE pari dexteritate do-  
cens.

*scripsit AMICA manus.*

Jena, Diss., 1727

ULB Halle

004 582 357


3



5b.

Vol 18





DIATRIBE JURIDICA AVSPICALIS  
DE REFORMATIONE  
**JURIS CIVILIS**  
CIRCA  
CAVSAS MATRIMONIALI  
A PONTIFICE ROMANO  
PER  
**JVS CANONICVM**  
PERVERSE TENTATA  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DOMINO  
**GVILIELMO HENRICO**  
DVCE SAXONIE, JVLIIACI, CLIVIE AC MONASTERICI  
ANGARIE GVESTPHALIEQVE,  
SVFFRAGANTE  
ILLVSTRI FECTORVM JENENSIVM COLLEGIJ  
P R Æ S I D E  
VIRO MAGNIFICO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**IO. CHRISTIANO SCHROETER**  
JCTO CONSVMMATISSIMO,  
ANTECESSORE JENENSI LONGE CELEBERRIMO, THEOLOGICO  
SAXONICI PROVINCIALIS, COLLEGIORVMQVE JURIS  
RVN JENENSIVM ADSESSORE GRAVISSIMO  
PATRONO, HOSPITE, PRÆCEPTORE ATQVE PROMOTORE  
**LICENTIAM**  
JVS CIVILE ET CANONICVM DOCTE  
LEGITIME PETITVRVS  
AD DIEM JVL. ANNI ERÆ CHRISTIANÆ MDCLXXV  
PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR  
**GVILIELMVS DE HERTOGENROTTERDAM**  
JENÆ, LITTERIS MULLERIANIS.

